



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm
Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

Tympe, Matthäus

Coloniæ Agrippinæ, 1650

XIX. Vituperatio Acediæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38994

tem delituit, in Sanctarum numerum ab Ecclesiis relata.

In EPILOGO monebis Auditores, ut obrepentorpi & somnolentiæ, post imploratum divinum auxilium, illicò & seriò resistant.

*XIX. VITUPERATIO ACEDIA
seu gravis tædii in exercendis actionibus
piis, ad salutem necessariis.*

Dioscorides
lib. 6 c. 54.
Virtus experitetur, cum splendor & dignitas ejus intelligitur. Vitia boni odisse incipiunt, cum atrocitatems eorum perspexerint.

EXORDIUM ducetur ab effectu vitiorum, quod ita blanditiis animos nostros deliniant, & occupatos teneant; ut nos solum non videamus sed bellè insuper etiam nobis placeamus & contenti animo in illis perseveremus. Unde non illipidè comparantur aspidis morsui, qui grata qudam voluptate hominem læsum afficiens, qui sine sensu in somno eundem extinguit. Quod pulchrè quoq; expressissime videtur Homerus, cui singit Ulyssis socios semel gustata loto discedere postea ab illa noluisse. Ade eundem enim prout modum, semel suscepimus dulce vitiorum venenum, non facile potest relinquere, sed subinde magis atq; magis adlubescit.

P R O P O S I T I O: Hæc cum ita sint, magnopere necessarium esse, crebris sermonibus vitia taxare & vituperare, ut in lucem producta, & suis coloribus depicta, liquido conspiciantur, odiumque suum justissimum in mentibus non prouersus desperatio excitent, & accendant. Conaturum itaq; te breviter, non quidem omnia vitia; sed unum duntaxat, hoc nostro seculo valde usitatum, quod Acediam Theologivocant, adumbrare.

C O N F I R M A T I O N I S I. L O C U S , ab in honesto. Quod turpe sit Divinæ Majestati non obtemperare, quæ graviter, seriò, & irrefragabiliter fancit, & mandat omnibus, & singulis suis creaturis, ut opus sibi deputatum certatum & sine refusa-

cusatione efficiant, Soli præcipit lucem & calorem imperiti rebus nascentibus, inducere aniversarias vicissitudinis perpetuo suo & indefesso cursu distinguere dies & noctes. Luna mandat, ut præsit nocti, infundat, humores rebus inferioribus necessariis. Cæteras stellas jubet decorare cœlum, prædicare magnificentiam & providentiam divinam, atq; cum Sole & Luna hunc aërem, quo fruimur, & ex quo spiritum ducimus, tempèrare. Terram jubet quotannis copiosos proferre fructus. Volucres vagari in aëre, ut escam præbeant hominibus, & concentibus suis celebrent Creatorem. Hominî verò officium dedit laborandi juxta suam vocationem, cum in Paradiso ita concionatus est: *In sudore vultus tui vesceris pâne tuo.* Principum, Regum, & aliorum Magistratum Edictis nemo sine nota turpitudinis potest refragari, neq; impunè aufert, qui Magistratus jussa violat. Quàm igitur foret turpe severo omnipotenti Dei mandato nolle obtemperare? Etsi Romani sibi à severis imperiis Manlianis timuerunt, quàm impium foret mandata Dei tam severis, tamq; potentis, ut uno verbulo totam mundi machinam dissolvere possit, susq; deq; ferre.

II. Locus ab impiis, quod impium sit, non alia Acedia famente reponete; sed quasi pedibus conculcare vore Dei nos seria Christi nostri. Salvatoris verba, quibus nos spoliat vasæ avocat à desidia, & ad exercitium bonorum opere iræ efficit. Matt.7.19. rum invitat, quando inquit: *Omis arbor qua non ingrataque facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, pôderat terra.* Omnum palmitem in me non ferentem fructum, tollet Ioh.15. v.10. eum Pater meus. Ignem veni mittere in terram, & quid Luc.13. v.7. volo nisi accendatur? Et: Annitres sunt ex quo venio Matt.25.26. Nostra cur querens fructum in fulnea hac: & non invenio, sic Christus ver cide ergo etiam terram occupas? Et: Serve male, & perierit, docuer ger, sciebas &c. oportuit ergo te pecuniam meam com rist passus sit. mittere nummulariis & ego veniens receperissem utique Pœna desidis, & talentum

Pars I.

E

quot

Si um non
bene collo-
canis.
Matth. 20.
& 12.

quod meum est cum usura, &c. inutilem servum ejicit
in tenebras exteriores. Et: Quid hic statis tota die otiosi
venite & vos in vineam. Imò omne otiosum, inquit,
verbum quodcumq; locuti fuerint homines, reddent ra-
tionem de eo in die judicii,

O ergo tetrum & horrendum vitium, Acedia,
quæ creaturas à suo Creatore tam fœdè alienas &
abstrahit! qui enim te sequitur, jam à Deo avulsus
est, & id laqueos diaboli funestos incidit, factus
eius mancipium & larva optatissima.

III. Locus iterum ab in honesto seu turpi: Quod
cùm in universa natura nihil otiosi inveniatur, &
Angeli perpetuò suavissimis hymnis Deum con-
celebrent, homines custodiant, ubique illis ali-
stant, eos comitentur, præcedant, circumcingant,
deducant, & diligentissime eorum vestigia obser-
vent, denique nocte & die super illos vigilent
atque adeò ipsem et summus Creator rerum otio-
sus non sit; sed tanquam sedulus & diligens pater
familias regat & administreret omnia, homo certe
altam & detestandam suam acediam excusare &
à macula turpitudinis purgare non possit. Cic.
(2. de Nat. Deorum.) audet eum nihil esse dicere, quia
nihil agit. Cum enim omne quod est, certæ actioni
intentum sit, verè nihil est id, quod in agentium
numero ponatur invenitur. Hesiodus tamen appellati-
onem illi (otioso) tribuit, & fucum nominat:
propterea, quod ut fuci apes non sunt, & tamen il-
lis sese admiscent, partisq; earum frui volunt; ita
otiosi ac desides verè non sunt homines, & tamen
bonis humanis utuntur. Quid igitur hoc vitio in-
honestius, indignius & atrocius esse potest? Dete-
statur illud Deus, abominantur Angeli, aversatur
Natura, oderunt homines, ipsæ denique manus,
brachia, & membra cætera Acediam extremè ex-
creantur, cum ad officium faciendum à Natura de-
stinata sint, & parata.

IV. Ad

IV. *Ab incommodis.* Nam PRIMÒ, infestos nos reddit Deo: quod autem incommodum, quod malum tantum est quin levius feratur, quam ira Dei? O quam grave est incidere in manus Dei irati? quam intolerabile est esse hostem Dei? quam triste & luctuosum est servire diabolo? id enim non in hac solum vita dolores graves conscientiae afferr, sed & post mortem temporalem, mortem patit sempiternam, tormenta & supplicia æterna.

SECUNDÒ, Bonorum Angelorum amicitiam omnem & benevolentiam tollit: ut enim industriis ac laboriosis libenter adsunt, eos amant, fovent, & quasi in manibus suis gestant; ita desideres & otiosos oderunt & aversantur. Quid autem est homo destitutus custodio Angelorum, nihil certe aliud nisi larva seu spectrum diaboli, cui suum venenum inspirat, ut recta via ad æternam damnationem deducat.

TERTIÒ, Hominem universæ naturæ invisum reddit & exosum, ut perpetuò cùm hostibus vivere cogatur. Habet enim otiosus infestas sibi omnes creaturas, & propitium neminem: invidet illi homines, invidet cœlum, abominatur eum terra, & quocunque se recipit, nihil ibi nisi hostes invenit. Sol adeò ipsum detestatur, ut nisi piis parceret, manifesta luminis sui obscuratione iram suam adversus illum declararet. Terra tam inimica ipsi est, ut gemat, quoties ab eo conculcatur. Quid multa? omnes pecudes & volucres, quibus vestitur aër, gravissimè mœrent, quod tam inutili & ingrato suo alumno victimum præbere cogantur, & optant illum infra omnes mortuos esse amandatū. Conquerentur etiam hæ creature de istiusmodi homine in extremo Judicio, & suum ministeriū officio suosq; labores illi exprobabūt. Qua tunc fronte, quibus oculis intuebitur creature? Nō solum projicietur à facie Dei, sed ex-

Erit, & mo-
nebit excre-
mentum
mundis.

cludetur etiam ab omnibus creaturis, ut eorum ministerii & opis, nullo nunquam tempore participes fiat.

Vide Trium- **Q**UARTO, Polluit & inficit suo vitio alios, immo phum virtutu- omnibus, cum quibus vivit, nocet otiosus: Est tum Praefat. enim in exemplis magna vis, quæ quasi trahit homines ad imitationem.

Tragœd. Dt- **V.** Locus ab injucundo. Quod admodum sit in-
seedite à ne- gligente, ne
umbra ejus suave & rædio plenum, nullum certi officii genus,
noceat bonis. nullum certum laborem exercere; sed animum natura cogitabundum, & manus ad laborem crea-
tas semper vacuas getere.

Franc. Arias de profectu Spiritus. **VI.** A commodis contrarii, seu industriet, & ejus, qui in cursu pietatis flagrat maximo desiderio proficiens. Nam saepe unus Dei servus, in cultu Dei fervidus, sicut quotidie majorem facit accessionem ad gratiam & amorem Dei, ita plus gratia consequitur a Deo, quam alii quamplurimi, qui nulla cogitatione de spirituali profectu, susceptra languide Deo serviunt. Hinc Sancti Patres illud Christi:

Luc. 15. **M**ajus gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis qui non indigent pœnitentia, exponunt non de quolibet peccatore pœnitentiam agente; sed de eo qui intimo animi sensu anteactæ vitæ errata deplorat, & magnō fervore novam vitæ rationem est ingressus, eumque conferunt, non cum quocunq; justo; sed cum iis qui languide & negligenter Deo serviunt, quasi Christus dixerit: apud Deum meliori loco esse servum sedulò & ferventer officio suo fungentem, etiamsi paulo ante gravibus obstrictus fuerit peccatis, quam nonaginta novem

Hom. 34. in Evang. **j**ustos lentè & frigidè saluti suæ studentes S. Gregorius ait: Plerunque hi, qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt, stant quidem in via justitiae, nulla illicita perpetrant: sed tamen ad cœlestem patriam anxie non anhelant, &c. **C**ontra nonnunquam hi, qui se aliqui

aliqua illicita egisse meminerunt : ex ipso dolore suo compuncti inardescunt in amore Dei, seseque in magnis virtutibus exercent, cuncta difficultia sancti certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis latantur, ad cœlestem patriam anhelant, & qui se errasse adeo considerant, damna præcedentia lucris sequentibus compensant. Ideo majus de peccatore converso quam de stante justo gaudium sit in cœlo : quia & dux in prælio pluscum militem diligit, qui post fugam reversus, hostem fortiter premit, quam illum, qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic agricola illam ampliust terram amat qua post spinas uberes fruges profert, quam eam qua nunquam spinas habuit, & nunquam fertilem messem producit, &c. Hinc collige quantum Deo gaudium faciat quando humiliter plangit justus si fecit in cœlo gaudium quando hoc quod male gessit per pœnitentiam damnat injustus. hæc Gregor.

Quis autem non optet Deo adferre voluptatem? quam ille maximam capit ex fervore & studio nostro proficiendi, cum eius sit cibus lautissimus pasci inter lilia, hoc est, candore & odore virtutum delectari. Tantum enim bonum est placere Deo, & divinam majestatem oblectare, ut meritò dicat Chrysostom. Si dignum fueris agere aliud quid quod Deo placeat, aliam nerequire mercedem praeter hoc ipsum, quod placere meruisti. Si requiris mercudem, verè ignoras quantum bonum sit placere Deo.

Ut declararet Deus, quanto pere optat nos magnos facere progressus in cursu virtutis, & magno studio iter ad cœlestè regnum prosequi, saepius verbis magno effectu & gravitate plenis id quondam à dilectis suis servis postulavit. Ad Abraham Patriarcham dixit: Ambula coram me, (institue vietam sanctam,) esto perfectus. In novo Testamento ad omnes fideles dixit: Estote perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est, hoc est, contendite ad

Cant. 2.

Rer. serm. 7.

Lib. 2. de

tom. cordis.

Gen. 17.

Matth. 5.

Apoc. 1.

Qui iustus

est, justificer-

*per adhuc,
& sanctifi-
cetur adhuc.
Colos. 1.
Gal. 5. & 6.
Spiritus am-
bus late.*

perfectionem virtutum, ut tanquam filii imitem-
ni Parrem cœlestem eo modo, quo potest creatura
quandatenus imitari Creatorem. Hinc & Paulus.
*Non cessamus pro vobis orantes, &c. ut ambuletis di-
gnè, Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructi-
ficantes & crescentes in scientia Dei, in omni virtute
confortati, &c.*

Adde quòd Deus erga illos fideles, qui seruen-
tes sunt cultu divino, & quotidie accessionem ali-
quam facere ad priores virtutes conantur, tot tan-
taque providentia intime amoris argumenta
prodit; (variis spiritus donis eos ornando, ab im-
pendentibus tentationibus eos tuendo, precesque
eorum exaudiendo,) ut veri & germani eius filii
esse præcærteris existimari queant.

*Exemplū 1.
Exod. 3.*

Etsi à temporibus Abrahæ usque ad Moysen
(crecentis, eoque amplius annis) quamplurimi
absque dubio in gratia vixerunt Dei: tamen Deus
periinde ac si illorum omnium oblitus esset, trium
solum, qui sibi charissimi fuissent, nomina Moysi
prodidit, cum dixit, se appellari Deum Abraham,
Deum Isaac, & Deum Jacob, jussitque eo nomine
se apud populum Israël vocari, hoc nomen sibi
fore perpetuum, eodemque se omnibus retrò se-
culis nuncupandum, significas se singularem sem-
per eorū habuisse curam, & promissioni illius eo-
rumq; posteris factæ satisfacturū. Non autem no-
minavit se Deum omnium trium simul Abrahæ,
Isaac, & Jacob, sed particulatim Deum Abraham,
Deum Isaac, Deum Jacob, declarans se unum-
quemque illorum trium in magno habuisse pre-
tio. Nec solum hoc nomen in deserto patefecit
Moysi, sed & voluit illud in toto populo Israel li-
cito, imo in toto mundo usurpari in orationibus,
aliisque divinis laudibus, ut perpetua apud omnes
memoria exstaret se Abraham, Isaac, & Jacob pro
singularibus habere amicis, propterea quòd illo
sacru-

sæculo præ aliis in virtutum studio progressum fecerint, perfectiusq; divinam voluntatem, zelando pro gloria Dei, præstiterint.

Et si Moysis ævo multi etiam erant pñi, tamen Deus omnibus alijs prætulit Moysen, quia perfecta virtute prædictus erat, cavebatque non solum gravibus, sed etiam levibus Divinam Majestatem offendere peccatis, atque in iis pietatis operibus se exercebat, quæ sciebat Deo esse gratissima, n̄t in contumeliis & injuriis populi fortiter tolerandis, & in charitate ardenti omnibus æquè inimicis atque amicis deferenda. Hinc cùm aliquando decrevisset Deus totum populum ob scelera admissa funditus delere, ob solum Moysen à cæde abstinuit, eiq; dixit: *Dimitte me, ut ira mea in populum de- serviat.* Non retardabant eum quò minus omnes è medio tolleret, tot innocentes, qui nunquam deliquerant; non tot Levitæ gloriæ divinæ tuendæ studio flagrantes, sed unus Moyses omnipotentiae eius manus cohibebat, eiusq; justitiæ furorem, ne omnes disperderet, avertiebat.

Etsi quoq; tempore Elie multi erant servi Dei ab omni scelere immunes, tamen unum ex omnibus Eliam (quia ad veræ pietatis culmen & arcem pervenerat) tanti fecit, ut dederit illi potestatem in tempora & nubes.

Etsi denique tempore Davidis magna esset justorum copia, tamen quia unus Rex David ad fastigium perfectionis pervenerat, voluntati Divinæ sedulò paruerat, magno zelo amplificandæ Divinæ gloriæ exarserat, lapsus suos, licet graves voluntariis pñnis delèverat, gratiamque amissam recuperarat, Deus reliquis omnibus servis posthabitis, tanto hunc peccatorum hostem, bonorum operum sectatorem, & magnum divinæ gloriæ amplificatorem prosequebatur honore, ut se quodammodo ei exæquaret, quando diceret Ezechiel Regi:

*Deus, ne
pium con-
tristet, inten-
gro parcis
regno.*

*3. Reg. 15.
17. 18.
Rom. 11.
Iob. 5.*

*4.
2. Reg. II.*

4. Reg. 20. Protegam urbem istam propter me, & propter David servum meum.

*Philip. 2. Præterea servi Dei, magnum in singulos die
Dan. 12. in virtute progressum facientes, doctrina sua, &
Apoc. 1. cum primis exemplis, alias vehementer ad amorem virtutum accendent, ideoque in Scriptura dicuntur lucere in medio nationis pravae & perversae,
Lib. 25. Mor. sicut stellæ in firmamento. S. Greg. inquit, Si sanctorum opera inspicimus, illa contemplata nos accendunt, & cor nostrum corpore non constringitur, dum imitatio
ne 7.*

*Iud. 2. Inde te in columnam ferream & in murum æneum.
4 Reg. 12. Dedit eis in columnam ferream & in murum æneum.
Par. 24. Apoc. 1. Ezech. 22. Hier. in c. 22. Ezech. 1. 1. 5. Si unum invenieritis in civitate jam jamq; peritura, iustum miserebor. Hierusalem, &c.*

Præterea servi Dei, magnum in singulos die in virtute progressum facientes, doctrina sua, & cum primis exemplis, alias vehementer ad amorem virtutum accendent, ideoque in Scriptura dicuntur lucere in medio nationis pravae & perversae, sicut stellæ in firmamento. S. Greg. inquit, Si sanctorum opera inspicimus, illa contemplata nos accendunt, & cor nostrum corpore non constringitur, dum imitatione provocatur. Sacra Judicium historia refert quod quam diu aliquide Senioribus, gloriæ divinæ amplificandæ studiosi, qui miranda Dei opera spectabant, fuerunt superstites, populus in timore Dei, eorum doctrina & exemplo fucus conservatus: illis vero exstinctis à veteri religione & pietate degenerarit. Sic rex Iosias primis annis regni sui pie regnavit, suoque exemplo totum populum in vero Dei culto continuit, quod Pontifex Iojatha doctrina sua & zelo non pateretur. Regem à via recta deflectere. Eo vero mortuo, subito prævaricatus est, & populum à legitimo Dei cultu avocavit.

Homines Dei in virtute proficientes, sunt columnæ, quæ Ecclesiam Christi sustentant, & unitam cum lapide angulari Christi conservant. Hinc quoties Deus peccatis populi graviter offenditur, & à sua justitia quasi vindictam contra illum exposcit, optat in medium prodire tales, qui se iræ suæ opponant, & manum ultricem precibus suis à populi clade avertant. Nam viri amore & zelo Dei fervidi vi & efficacia suarum precum, & sanctæ virtutis, imperum divinæ iræ frangunt, & velut columnæ humeris suis totum populum sustentant. Si enim talem aliquem in medio innumerabilium improborum, qui internectionem meruerunt, conspicerit, Divinæ suæ justitiæ manum, jam in eos exortam, cohibet & coercet.

S.

S. Ambr. ait: *Quam beata civitas, qua plurimos ju-* Gen. 18.
stos habet: quam gaudeo cum aliquos mites ac sapientes Si decem
dii vivere video, cum virgines castas, viduas graves Justi, &c.
afficio longe vas. Non ipsis gaudeo, cum vivendo multa Lib. 2. de
subeant tedia seculi hujus, sed quia prosunt pluribus Cain &
Cum aliquis horum decebat, quamvis longa senectute Abel, c. 3.
depositus, dolore afficio, quia destituitur grex juve-
num, muro senili. Peritura urbis aut malorum immi-
nentium, vel futura labis hoc primum indicium est, si
decedant viri consultores, vel etiam graviores fæmina&.
Hinc primum ingruentium porta aperitur malorum.
Adhæc perquam utile est, ipsis etiam Dei servis, in
cursu pietatis facere progressum. Nam PRIMÒ,
Deus oculos animarum tam admirabili luce in
ipsis collustrat, ut facillimè cernant & notent o-
mnia peccata, tentationes, & præcipitia corun-
dum, unde mirantur hominis vitam tantis obno-
xiam esse periculis, ingenuaque agnoscunt, quan-
tam quisque salutis suæ curam habere, quamque
calidè Divinum in omnibus auxilium debeat im-
plorare. Atq; hinc scriptura dicit: Iustorum semi- Prov. 4.
ta quasi lux splendens procedit & crescit usque ad per-
fectum diem: quasi diceret, sicut prima diei aurora
lumen exiguum est: sic vita iustorum in primis
initiis lumen exiguum habet ad cognoscenda bo-
na & mala, sed procedente tempore, cum incre-
mento virtutum accessionem facit ad priorem lu-
cem. Isidorus ait: Peccata, quæ incipientibus viden- De summ.
tur levia, iis, qui in virtute profecerunt, videntur gra- bon. cap. 10.
via: ideoque non solum à vanis juramentis, sed etiam
à simplici mendacio abhorrent, perfectiores verò etiam
magnostudio otiosa defugiunt colloquia. August. ait, In Psal. 119.
hoc clarius & scandala & pericula, vel occasiones
peccandi à quovis pio perspici, quò plus proficere
conatur.

SECUNDÒ, Non solum progressum faciunt in
 agnitione & odio peccatorum, atque in lumine

E 5 rerum

Isaie. 40.
Dat lasso
virtutem,
&c.

Luc. 19.

*a. Mor. c. 19.
cap. 35. c. 21.
Lob. 21. c. 4.*

rerum cœlestium; sed majores etiam in singulis dies accipiunt vires ad bene agendum, Deo conaturum adjuvante. Unde sit, ut qui initio difficultatem & pugnam in multarum virtutum exercitatione sentiebant, magnam, post progressum aliquem factum, in iisdem experiantur & facilitatem, & dulcedinem, propterea quod cordi robur majus ad bene agendum accedit. Auget Deus in ipsis rerum spiritualium gustum, conscientiae puritatem, & gaudium, in ærumnis patientiam, in verbis & exemplis efficaciam, in adjuvandis proximis amorem & benevolentiam: acumulat iis cœlestia sua dona, & cum amore divino copiosissimam divinorum mysteriorum ac donorum notitiam infundit. Novis enim beneficiis semper exornat eos, qui veteribus bene usi sunt, & eorum auxilio fecerunt progressum. Hoc significavit Christus in parabola de nobili, qui singulis suis decem servis decem dedit minas & dixit: *Negotiamini dum venio*, & ei qui negotiando una mina decem minas acquisierat, justit dari omnes minas eius, qui nihil negotiando acquisierat. Unde & conclusit parabolam hac admiranda sententia: *Omnis habenti (bene utenti donis Dei) dabitur, & abundantabit: ab eo autem qui non habet, etiam quod habet auferetur.*

TERTIÒ, Quod quis majori studio profectus faciendi ardet, hoc majorem in omni virtute perfectionem se assecutum demonstrat. Nam hi sunt, qui summa fame & siti proficiendi laborant, & magno zelo ad perfectionem aspirant, qui magnos in virtute progressus fecerunt. Quod enim hi progressus sunt majores, eò plus lucis à Deo accipiunt ad cognoscendos suos defectus; atq; ita quod ad sanctitatem provehunq; majorem, hoc humilius de se sentiunt. S. Gregor. ait, servos Dei, quo per bona opera propinquiores fiunt Deo, hoc clarius.

aniz

animæ suæ maculas, & suam indignitatem conspi- Lib. 25. c. 2.
cere, eoque amplius semetipso arguere & abomi- Sancti, quo
nari, non solum propter defectus & lapsus suos, in cognitione
quos animadvertunt, sed etiam quia probè nō rūnt Dei amplius
multas restare noxas, quas solus Deus in ipsis co- proficiunt,
gnoscat. S Augustinus verò inquit: Multum in hac hoc plus se
vita ille profecit, qui quām longè sit à perfectione justi- contemnunt,
zia profiendo cognovit. de Spir. &
lit. c. 56.

Q V A R T Ó: Pii dum proficiunt, majore porro
desiderio flagrant fructum faciendi: tum quia per-
fectiū cognoscunt, se esse ad id obligatos; tum
quia vires ampliores in eā rem adepti sunt à
Deo; tum quia intelligunt quō in virtutum scho-
la plus profecerint, hoc se majorem in amore Dei
accessionem facere. David post multos annos in
cultu pietatis exactos tandem fatetur se jam pri-
mum incipere, quia profectus piorum in virtute
est initium serviendi Deo, & quotidie pii dicuntur
incipere, quia omnibus temporis momentis virtu- Psal. 76.
tem virtuti adjungunt. Milites boni ubi semel in- Dixi, &c.

initium fecerunt congregandi cum hoste etiam si
hostem irruere videant; tamen fortiter dimicare
pergunt, quām diu præsidia sociorum non desunt,
& spes magnorum affulget spoliorum. Nautæ
dum mare transmittunt, contra adversos & oblu-
ctantes fluctus cursum suum retinent, donec in
portum tranquillum perveniant: quantò æquius
servi Dei, qui iter cœlestē ingressi sunt, nullis dif-
ficultatibus ærumnisve revocari ab instituto se-
mel cursu debent, cùm adjutorem habeant Chri-
stum verum Deum, & firmissima maximaque spe
nitantur victoriæ, & præmii cœlestis omnibus vi-
ctoribus promissi.

Æquum est, ut ducem ea in re sequamur S. Pau- Philip. 2.
lum, qui post tantos labores pro religione Chri-
stiana propaganda exaultatos, post tot merita in
cœlis collecta, tamen sublimiora aspirabat, cùm
dice-

diceret: *Non arbitror me comprehendisse, qua rem sunt (opera vitæ præteritæ) obliviscens, ad priora ven (deinceps facienda) me extendens, &c.* Ecce quomodo se inflammet ad reliquum vitæ tempus magiore & ardentiore studio transigendum, eoq; magis, quò à meta & bravio proprius aberat, & certius spes affulgebat palmæ cœlestis obtinendæ.

Cùm Deus sit immensa & majestatis & beatitudinis, infinitus quoque illi debetur cultus, infinitus honor & gloria. Cùm autem infinitum cultum & honorem illi deferre non possimus, æquum certè est ut quidquid servitii & gloriae possimus pro virili nostra illius Majestati deferamus, atque ideo indies illi nova officia novosq; honores cum omnium virtutum incremento exhibere concurmur. Amor, quo Deus ab æterno nos amat, infinitus est: quia hic est ipsa Divina Essentia: qui verò illi amorem infinitum rependere non possumus, saltem amorem non coercedamus certis limitibus, sed indies eundem bonorum operum exercitio augeamus, & quasi carbonibus accendamus oporter.

Præterea cùm beneficia ex hoc amoris fonte profecta sint magnitudine immensa, & multitudine in numerabilia, ideoque non possimus dignas illis gratias rependere, æquissimum est, ut saltem quantas animi nostri capere possunt gratias referamus; ut sic major in nobis ad gratiam divinam accessio fiat. Tempus autem huius vitæ tam breve est, ut merito maximam jacturam fecisse dicatur, qui vel minimam temporis particulam sine aliquo boni operis fructu transmisit, cùm quolibet puncto temporis bene impensi acceptæ gratiæ thesauros ipsamque gloriam æternam augere possimus. E contrario non progredientes in cursu pietatis, retrogrediuntur, & quæstus in spirituali vita facti faciunt jacturam. Ex negligencia

NB. ô piger.

tia enim proficiendi mox sequitur multorum bonorum operum, quæ facere tenemur, neglectus; & contra in multa peccata, quæ cavere tenemur, præcepit lapsus, atque ita pristinus ardor pietatis paulatim excidit, & gradus fit ad ea peccata, quibus gratia & amicitia divina ab animo nostro de-
pellitur. Hinc S. Gregor. ait: *In hoc mundo anima Paſt. p. 30 humana, quasi more navis contra iustum fluminis con-* cap. 35.
descendentis, uno in loco nequaquam stare permittitur,
quia ad ima relabitur, niſi ad summa conetur. Si ergo
inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem
non sublevat, ipsa operandi remissio contra hoc quod
operatum est pugnat. S. Bernardus ait: Non habemus Epift. 51.
hic manentem civitatem, aut ascendas necesse est, aut
descendas. Si attendas stare, ruas necesse est. Minime
pro certo est bonus, qui melior esse non uuit. Et ubi in-
cipis nolle fieri melior, ibi etiam desinis esse bonus. Et: Epift. 253.
Si Christo currente gradum sistis, non Christo appro-
pias, sed te magis elongas, timendumq; tibi est, quod ait
David: Ecce qui elongant se à te Domine peribunt. Psal. 72a
Sapiens ait: Qui mollis est, & dissolutus in opere suo, Prov. 18.
frater est sua opera dissipantis, (q. d. qui in bono in-
choato non proficit, & sua bona opera studiosè &
perfectè non facit, similis est illi, qui omnia abji-
cit quæ lucratus est.) Et: Pigredo immittit soporem, Prov. 12.
& anima dissoluta esuriet, (q. d. sicut pigredo facit,
ut homo obdormiscat; & ignavia facit) ut homo
patiatur famem; ita torpor in vita spirituali in
anima excitat soporem spiritualem, quo homo
quasi omni spiritualium consolationum sensu de-
stituitur, & solas sectatur voluptates terrenas.
Hanc pœnam Christus cuidam tepido commina-
tus est, cùm dixit: Utinam frigidus effes, (tantam
spem profectus præberes, quantum multi præbent
peccatores:) aut calidus (sedulus in pietate:) sed quia
tepidus es, incipiam te evomere (mea gratia & in hac,
& in altera vita excides.)

In

*Luc.13.
Et amplos
requiriis in-
gressus.
1.Cor.3.
Epist. 7. ad
Olympiam.*

*2.Cor.11.
2.Tim.2.
Prov.8.
2.Cor.4.*

*Septies dici-
tur in Apoc.
NB.*

*De comp.
cordis lib. I.*

*Psal.16.
Propter
verba,&c.*

*De perfec-
tissima in-
Psal.93.*

*In CONFUTATIONE docebis necessitatem laboris, quod hæc sit natura cœlestium bonorum ut non nisi labore & industria comparentur. Contendite, ait Christus, intrare per angustam portam. Cū Paulus ait: *Vnusquisque propriam mercedem recipiat secundum laborem suum*, docet (teste Chrysostom.) quia ut a cuncto quis præclara & laude digna præster, tamen si sine labore atque periculis id fiat, non adeò multam illum recipere mercedem, ideo cum vellet ostendere, qua in re cæteris excelleret, non dixit, tot & tantis Evangelium prædicavi, tot ad Christum converti, tot anima lucrifici; sed mala duntaxat, quæ pertulit, euemeravit. Idem ait: *Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.* Et: *Non sunt condignæ passiones hujus vitæ ad futuram gloriam: quod in presenti est leve* momentaneum, &c. Cœlum paras ascendere, ait Chrysostom. & regnum cœli invadere; ad illud gaudium Vincenti tendis, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, ne dabo manus, &c. in cor hominis ascendi; & petis, ne qua tibi difficultas in itinere occurrat, ne quid asperum in via tibi accidat aut laboriosum? non erubescis, non pudore oppressus temet ipsum sub terra defodis? Si omnia mala tibi occurrerent, injuria, ignominia, calumnia, gladius, ignis, ferrum, bestia, precipitum, famæ, agritudo; Si omnia, qua vel dici, vel cogitari possunt, irruerent, nonne hec tibi omnia spernenda & irridenda duces? Certè qui Principibus seculi ministrant, & Reip. negotiis inserviunt, nihil de commoda habitatione, nihil de otio & requie inquirunt; sed tantum si aliquid luci temporalis habebat ejus militiae locus, hæc ille. Et: Si aliquis vera cœlestium bonorum cupiditate tenetur, omnia, quæ videntur esse gravia, umbras putaret & risum. Cui enim mandata gravia esse videntur, (ait August.) non dum illud donum accepit (charitatis,) quo fiunt levia: Et: *Quantum, ait, est siliqua laboris ad rem quiem incredibilem?**

Præ-

Præterea eum, cui difficultis videtur labor, mon
nebis, ut cogitet, Christum sua passione omnem
sustulisse difficultatem, ut consideret labores ipsius pro nobis, ut contempletur omnium creatu
rarum indefessum laborem, ut videat quantus la
bor sustineatur passim ab omnibus ad consequen
dos honores, opes, aliasque perituras huius mun
di vanitates, ut urat & absument omnem corpora
rem exemplis Sanctorum, qui ad culmen virtu
tum pervenerunt, & dicat cum S. Augustino: Tu
non poteris quod isti & ista potuerunt; denique in
vocet auxilium ejus, qui omnia facilia reddere
potest, quemadmodum Sancti, cum rem suis viri
bus difficultem agerent, Dei opem suis precibus de
vocabant, atq; ita omne onus laboris facilis per
ferebant.

In PERORATIONE hortaberis Auditores, ut
forti & generoso pectore huic virtio resistant, pi
gritiae, inquam, laqueos disrumpant, & seriò veræ
pietatis exercitiis videntur.

XX. IRÆ DETESTATIO.

EXORDIUM. Inter alias Resp. Christianæ pe
stes magnas vires ira sibi sumpsit, quæ quia
multos occupavit, & in multa mala præcipitavit,
certum mihi est pauca in eius vituperationem di
cere. Neq; enim ferendum est, ut ista immanissi
ma bellua in florentissimo Christianæ Reip. regno
ita impunè gressetur, cum alias feras, urbibus ac
monibus imminentes, arceamus procul atq; pro
pulsimus.

PARTITIO. Priori dictionis parte hoc iræ vi
tium suis quasi insignibus depingendum est: al
tera vero, qua ratione hæc crudelissima bestia pro
figanda sit demonstrandum; ubi etiam fons atq;
origo, unde hoc vitium manat, exemplo pruden
tis medici, morbi radicem investigantis, inqui
renda est.

CON-

*Quid ira de
formitatus at
turpitudinis
habeat, &
incommode
rum homini
bus adferat.*